

SBd

E libris
gymnasio Mauritano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii directore
a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

IN
HONORE EXEQVIALI
VIRO

MAGNIFICO, PRAENOBILISSIMO, AMPLISSIMO, CON-
SVLTISSIMO ATQVE DOCTISSIMO

DOMINO

DN. CASPARI
CHRISTIANO
HVBSCHIO,

YNASTAE IN KEYNA INFERIORI,

J. V. L. LONGE CELEBRATISSIMO,

ECCLESIAE GYMNASIIQVE EPHORO GRAVISSIMO

CONSVLIQVE DE RE BVDISSINA PVBLICA MAXIME
MERITO,

IVTVRNIS ELANGVESCENS CORPORIS DOLORIBVS TANDEM
D. XXII. Novemb. A. S. R. MDCCXXVII

PLACIDA MORTE EXEMTO,

DIGNA CEREMONIA D. XXVII. Ejusd. PERSOLVENDO.

HVJVS

CHRISTIANI LAETVM AD ASTRA
TRANSITVM PER ASPERA,

IPSOS INTER GEMITVS LVGBRESQVE PLANCTVS
DEVOTA MENTE ADMIRATVR,

&

SEMPITERNVM HOC SVAE IN TANTVM EVERGETAM PIETATIS
MONIMENTVM EXSTRVIT

M. Göttfried Bellrich/ Diac. Aul. Muscav.

SORAVIAE, Imprimebat Joh. Gottlieb Rothius, Typogr. Aul. Promnit.




MORS VIN-
CIT OMNIA!

Vita nostra trita moesta volvitur molestia,
Grata fortis blandientis exulat modestia,
Longa duris plena curis certa sunt certamina,
Donec immatura vitae diffecantur stamina.
Undiquaque quanta nobis imminet pericula?
Quot malorum, quot dolorum vulnerant nos spicula?
Quot procellae fluctuosae, quot minantur fulmina,
Et salutis igne saevo quassa sternunt Culmina?
Vallis hic est lacrymarum, saeva pertinacia
Auget aerumosa fata singulari audacia.
Quae fideles ad beata regna ducit semita,
Horret aspra vepre, spinis est acutis obsita.
Sic ad astra Christiani transeunt per aspera.
Ergo caeli candidate sancte sancta lumina
Ad superna flecte sursum flecte rursus Numina,
Et profana mitte mundi vana mitte iubilula!
Namque fluxus iste luxus fata gignit nubila.
Ecce mundus quae secundus magna jactat munera,
Sunt repente puluis, umbra, fumus atque funera.
Alta tundant astra castra, turgeant palatia,
Destruit ferocientis temporis fallacia.
Nescit orbis nescit orbis gentium miracula,
Fabulosae vanitatis cana sunt spectacula.
Quaere numos, vende fumos, transeunt praesentia,

Quid talenta? Turbulenta pectoris dementia,
Quid favor potentis aurae? Principum quid gratia?
Fraudulentae ficta fortis dixeris mendacia.
Quid libido? Quid cupido? Quid voluptas? Omnia,
Ecce sunt lascivientis blanda carnis somnia!
Sic inanis pompa mundi luditur ceu fabula,
Numne sanctae digna menti largiatur pabula?
Inquietae quis quietis quaeritet solatia?
Sancta caeli gratiora nonne sint palatia?
Ergo sursum Christiani, corda sursum fervida!
Stridat orcus, turba stridat improborum perfida,
Et nefanda more sveto perpetret piacula,
Nulla nos nefariorum terreant obstacula,
Nulla nos periculorum turbet inclementia,
Nulla nos incommodorum distrahat frequentia,
Ast ad astra transeamus strenue per aspera.
O BEATE CONSUL HVBSCHI! Laeta quam victoria,
Qua superbis CHRISTIANVS? Nam relicta gloria
Orbis ad superna caeli transiisti limina,
Exiisti cuncta carnis imbecillae crimina.
Nulla Te capit bonorum dives affluentia,
Respis caduca, quaeris dona permanentia.
Displicet venusta sedes, bella sordent atria,
Ergo quaeris in perenni mansionem patria.
Cara mundus rara mundus offerat cimelia,
Aestimas coagulata vilius fidelia,
Non honoris purpurata diligis fastigia,
Sed piorum pressa curis eligis vestigia.
Antra Temet quam dolorum condiderunt horrida?
Aegritudo quam laborum sauciavit torrida?
Nulla lentus afferebat Lucifer levamina,
Denegabat inquietus Hesperus solamina.
Sed remissa mente fata passus es minantia,
Clade nulla, strage nulla frangitur constantia,
Christiano digna nisi sustines negotia,
Ut salutis aeviternae grata cernas otia;
Sic ad astra transiisti strenue per aspera!
Transitus quidem relictis gignit hic incommoda,
Namque dira mortis ira rapta lugent commoda,
Pindus effert laude digna dona liberalia,

Roftra jura praedicabunt singulis aequalia,
Nonne cunctis approbatur civibus prudentia?
Namque fasces per tot annos gefsit ex fententia.
Nonne triftis audiatur hinc in urbe naenia?
Nonne crebro moefta fletu compleantur moenia?
Nonne tanto preffa cafu leffa plangat Livia?
Ad qverelas blanda labra nonne fint proclivia?
Ula fed ficcate veftra mente forti lumina!
Luftuofa lacrymarum quid movetis flumina?
HVBSCHIVS beata fata, fata cernit profpera,
Hic ad aftra CHRISTIANUS tranfit per afpera.
Tranfit, fed fama nunquam tranfit illuftriffima,
In futura fecla virtus tranfeat digniffima,
Et profufa pofterorum computet praeconia!
Nonne moeror, nonne triftis cefset aegrimonia?
Quae fuprema lex popofcit, nonne fint falubria?
Ergo fletus finiatur, tranfeant lugubria!
Haeceque prima noftra cura, cura fit noviffima,
Ut caduca refpuamus quid quod? & breviffima,
Quae dolofus pollicetur orbis, oblectamina,
Urgeamus inchoata fortiter certamina,
Ac ad aftra tranfeamus hac via per afpera,



78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
coll. nicht vergeben!



Sb.

1077

R.40





IN
HONORE EXEQVIALI
VIRO

MAGNIFICO, PRAENOBILISSIMO, AMPLISSIMO, CON-
SVLTISSIMO ATQVE DOCTISSIMO

DOMINO

DN CASPARI
CRISTIANO
BRSCHIO,

KEYNA INFERIORI,
ONGE CELEBRATISSIMO,
ASIOVE EPHORO GRAVISSIMO
E BVDISSINA PVBLICA MAXIME
MERITO,

MENTIS CORPORIS DOLORIBVS TANDEM
emb. A. S. R. MDCCXXVII.

IDA MORTE EXEMTO,

A D. XXVII. Ejusd. PERSOLVENDO.
HVJVS

LAETVM AD ASTRA
VM PER ASPERA,

ITVS LVGVRESQVE PLANCTVS
TA MENTE ADMIRATVR,

&

IE IN TANTVM EVERGETAM PIETATIS
IMENTVM EXSTRVIT

Gellrich/ Diac. Aul. Muscav.

Joh. Gottlieb Rothius, Typogr. Aul. Promnit.

